



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**

Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

VIII. Gaspar cum socijs Goam tenet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

Gaspar cum socijs Goam tenet.

MOZAMBICO Goam non
gentarum ferè leucarum
ter secundo cursu, null
memorabili discrimine in assidu
pietatis labore Patres nostri confe
cerunt, ac die Septembris secund
vel tertio Goanum portum summi
omnium gratulatione tenuerun
Gasparis quanta fuerit lætitia, e
prioribus facilè potest coniectari
Qui enim sic exultauerit in India
destinatus, quantis putamus lætiti
incessisse iam in Indiam delatur
Goæ erat eo tempore B. Xaueriu
quo propter Iaponicam expediti
nem, quam collecta in varijs Ind
partibus permagna messe medit
retur, ad res componendas redier
ac iam Cōmorinum cogitabat, n
cēs Christo genitos prouidus par
reuisurus: sed opportunè de nou
sociorum auxilijs admonitus à qu
busdam, qui nauem nostrā Mozam
bici reliquerant, iter paucis dieb
pr

pr
tu
tu
sta
ri.
ter
ex
qu
lut
fat
vis
mu
pos
in
con
ruit
ger
ci c
um
est
run
offi
mis
Qui
exp
face
Gasp
pr

præuenientes, tum vt eos videret,
 tum vt de Societatis in Europa sta-
 tu quærendo, animo suo indulgeret,
 statuit eorum aduentum præstola-
 ri. Quos vbi aduenisse cognouit, in-
 terim dū rebus de more compositis
 exscendendi facultas fieret, misit,
 qui eos amicissimè suo nomine sa-
 lutaret, & tam diuturna nauigatiõe
 fatigatos submissis è Collegio, quæ
 visa sunt opportuna, recrearet, si-
 mulque mandaret, vt cūm primum
 possent, in Collegium properarent,
 in Francisci, plurimum eorum
 conspectum cupientis, amplexus
 ruituri. Nec erat, quod multum vr-
 gerentur, vel terræ vel Francisci
 desiderio incitati. In Collegi-
 um igitur, cui à Diuo Paulo nomen
 est, quarto Septembris deuenie-
 runt: in quo mutux gratulationis
 officia sensusque animorum ani-
 mis potius quam verbis metiamur.
 Quid enim est, quod aggrediamur
 explicare, quod ipsi qui senserunt,
 facere se non posse negant? Ita enim
 Gaspar: Profectò, fratres carissi-

mi, dici non potest, quantum in animis alacritatis senserimus; neque caritas P. Francisci satis explicari. Sedato iam paululum in mutuę gratulationis officijs, recreandoque corpore Patrum ac Fratrum illo, ut ita dicam, tumultu caritatis, P. Franciscus ad audiendum Societatis in Europa statum se accingit. Multa de B. Ignatio, de P. Simone, de cæteris Patribus, de Collegijs, de numero sociorum; sed de virtute fructuque maximè inquirebat.

Et ut melius huius colloquij suavitas intelligatur, dicam ea, quæ Paulus del Valli altera naui postea veniens de suo cum B. Xauerio colloquio referat. Is posterius appulsus ad Xauerium in Commorinum, quò iam profectus erat cum literis missus, de suo cum B. Xauerio congressu, quem Cocini ex Commorino redeuntem reperit, scribit in hæc verba: Sed quis poterit explicare, quantum splendoris anima mea ex isto congressu receperit? quis vnquam hoc dicat, nisi tenuibus

tenuibus verbis? Iste verus est Dei feruus, similē illi haecenus vidi neminē; non sermone solum, sed aspectu mortales ad desiderium Deo feruendi incendit. Os illius nunquam non hæc verba profert: Benedictus sit Iesus Christus; ac tanto in Deum amore & feruore, vt secum agentes inflammet. Dies quinque simul fuimus, è quibus horas viginti non exceperis, quibus simul non fuerimus. Non expletur de socijs, deque Societate, de Prouinciale (P. Simone Roderico) sed potissimum de P. Ignatio percunctando: quibus diebus expletis ille Goam, ego Commorinum petij. Hæc Paulus. Si secundum illud colloquium ita suaue ac diuturnum fuit, quale putamus illud prius cum Gaspare ac reliquis, rebus tum planè illibatis? sed nauium alteram eiusque casus, vt promissum est, breuiter attingamus.